



Disputatio juridica inauguralis de senatusconsulto Macedoniano

<https://hdl.handle.net/1874/345133>

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A V G U R A L I S

D E

Senatusconsulto Macedoniano.

Q U A M
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

J A C O B I V A L L A N ,

M. D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,
N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicī consensu , Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decretō ,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis ,

Eruditorum examini subjicit

R E G N E R U S vander B E E C K E , Hornâ West-Fris.

Ad diem 30. Martii hora locoque solitus.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina F R A N C I S C I H A L M A , Academiæ
Typographi, cō Ioc xci.

*Amplissimis, Spectatissimis, Gravissi-
misque VIRIS,*

D. D. FRANCISCO VAN BREDEHOFF DE
OOSTHUYSEN, J. U. D. libero Toparchæ in Oost-
huysen, Etershem, Hobrée, Quadijk, Schardam, &c.
Domino de Pijlswaart. Urbis Hornanæ subjectique territorii
Prætori summo, Viro aliquoties Consulari, Senatori.
Ejusdem nomine ex Collegio Illustr. ac Præpotent.
D. D. Hollandiæ & West-Frisiæ Ordinum ad Confessum
Celsissimorum ac Præpotentum D. D. Ordinum Genera-
lium fœderati Belgii delegato. Societatis Indicæ per Ori-
tem præfecto.

N E C N O N
Reipublicæ Hornanæ Consulibus.

D. D. JACOBO VAN FOREEST, J. U. D.
Consulatus Præsidi, Senatori, & D. D. Ordinum ex Col-
legio Illustr. ac Præpotent. D. D. Hollandiæ & West-Frisiæ
Ordinum in West-Frisiam & partem Borealem delegato-
rum, Secretario.

D. D. THIMONI VELIO, Consuli, Senatori, &
Ærarii Hornani, ejusdemque territorii quæstori.

D. D. CORNELIO DE GROOT, J. U. D.
Consuli, Senatori, Collegii Archithalassici in West-Frisia
Secretario. Societatis Indicæ Orientalis moderatori.

D. D. ALLARD MERENS, J. U. D.
Consuli, ac Senatori.

*Hæc studii mei primitias juxta me-ipsum
quam humillime*

offerō ac inscribo

REGNERUS vander BEECKE

Auctor.



PROOEMIUM.

Quanta cura atque sollicitudine Romani animadvertisse in eos, qui quid contra utilitatem publicam moliti sunt, atque in causa fuere, cur saepe Respub. quid detrimenti capiat, neminem vel leviteruntaxat horum scriptorum scientia imbutum, latere potest: ne plurima, que huic rei illustrandae conducere possunt, argumenta adducam, sufficiet illud Macedonis, quanta hic flagraverit avaritia, pecuniæque fuerit intentus studio, pessimi adolescentium mores haud absque magno parentum suorum discrimine documento esse possunt. Improbus hic Mace-
do incertis nominibus adolescentibus pecuniam sub-
ministrabat mutuam, non solum ut hac abuterentur,
& in omnem luxum, libidinem, & quodvis flagitii
genus impenderent, qua deperdita ac dilapidata cre-
ditori suo solvendo impares facti; verum etiam ad

A 2 ipso-

ipſorum parentum mortis captandæ votum inducerentur. Quod in bene ordinata Repub. minime ferendum censuere veteres: quare & hic, uti paſſim avaritiam pecuniaque ſtudium, quo nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest, odio ratiniano profequuntur. Unde Cicero duas eſſe res, inquit, quæ maxime homines ad maleſicium impellunt, luxuries, & avaritia. Nec non Sallustius, cum inquit, Avaritia pecunia ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupivit, ea quaſi veneno malo imbuta corpus animumque virilem effæminat; optimo itaque jure improbis hiſce creditoribus frænum injicere ſenatus voluit, &, uti pefſimi ſepe hominum mores optimis legibus condendis occaſionem præſtant, ita & horum creditorum improbitis ſalubre hoc remedium nim. Senatus conſultum Macedonianum inve niendi cauſam dedit: quo conſtitutum, ut pecunia hoc modo creditæ nulla aelio petitioque competat: in hiſce reſolvendis non quam multa peccarim, aut quæ non ſim aſsequutus, ſed, quæ aſsequi animus fuit, diſpicias, rogo.

DISPU-

D I S P U T A T I O J U R I D I C A

I N A U G U R A L I S,

D E

Senatusconsulto Macedoniano.

C A P U T I.

§. I.



Ujus materiae tractatum ne rudi minera-
va, nec illotis aggrediar manibus; pri-
mum in tempus, quo SCtum hoc la-
tum fuit, inquirere haud abs re fore
putavi. De eo autem non videntur in-
ter se quadrare Doctores: Suetonius
scribit cap. 11. in vita Vespasiani, *Vespa-*
sianum autorem fuisse Senatui decernendi;
ne filiorumfamilias fæneratoribus exigen-
di crediti jus unquam esset. Claudii temporibus id adscribit *Tacitus*
ann. lib. 11. Sed & Plautus jam antè cujusdam legis *lætoriae* meminit
vicennaria dictæ, quod non tantum mutuam pecuniam minoribus
25. annis dari prohibebat, verum nulla quoque fænoris mentione
facta, minores 25. annis stipulari id est, *ἐπερωτῶσθεν*, ait Priscianus,
sive stipulanti respondere vtabat: de quo Plautus

Perii, an non tum me lex perdit?

Quina Vicennaria?

Metuunt credere omnes,

& alibi

Ni dolo malo insipulatus sis,

Nive etiamdum siem

Quinque & viginti natus annos.

Claudius vero generaliter constituit non solum de minoribus 25. an-
nis, de quibus *Lætoria lex*: verum etiam de omnibus filiisfamilias
legitimam etiam ætatem superantibus: ne cui vivo parente petendi
creditu licentia esset: caput hæc Claudi lex tandem per creditores
eludi, qui, cum vivo parente nullum petendi crediti jus haberent,

6 DISPUTATIO JURIDICA

in quem casum lex Claudi concepta videbatur, post parentum demum obitum cum effectu eos obligari paciscebantur, quod verba SCti morte patris innuere videntur: huic incommodo jam Vespasianus occurrens voluit, ne crediti exigendi jus unquam esset, id est, ne quidem post patris obitum.

§. 2. Ut autem scopum ac intentionem SCti debito ordine assequamur; ejus verba, quæ vel magna ex parte disquisitionis nostræ erunt filum, hic subnectere operæ premium duco: tradit hæc nobis Ulpianus Ictus l. i. ff. b. t. quæ sic sonant. Cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam as alienum adhibuisset, & saepe materiam peccandi malis moribus præfaret, qui pecuniam (ne quid amplius; diceretur) in certis nominibus crederet: placere ne cui qui filiofamilias mutuam pecuniam dedisset etiam post mortem parentis ejus, cuius in potestate fuisse, actio petitioque darietur; ut scirent, qui pessimo exemplo fenerarent, nullius posse filiofamilias bonum nomen exspectata morte patris fieri.

§. III. Cum inter ceteras sceleris causas Macedo. Ex hisce verbis facile colligere licet, quæ hujus SCti introducendi fuerit causa, undeque nomen suum deduxerit: Scelera in causa fuisse, ipsa verba satis evincunt, quorum verborum pluralis numerus non unius sceleris hunc suspectum fuisse; sed plura delicta cum pecuniæ datione concurrisse, (fortè ipsius parentis de medio tollendi adhortatio atque ipsius Sceleris perpetrandi auxilium) non levem conjecturam facere finunt.

§. IV. Sequitur, ut nominis hujus SCti derivationem executamus: non autem à Consule, velut SCrum Vellej. quod M. Syllano & Vellejo tutore. Coss. factum resert Ulpianus in l. 2. §. 1. ff. ad SC. Vellej. ut & Trebellianum l. i. §. 1. ff. ad SCtum Trebell. hoc dictum est, nec quoque ipsi rei de qua eavebat nomen suum deberet. cuiusmodi est illud SCtum prætextatum in Papirii prætextati honorem factum, de quo Macrob. l. i. Sat. c. 6. & Gell. lib. i. cap. 23. nec non SCtum tacitum, cuius Capitolinus in Gordianis mentionem facit. Referuntur quoque alia quibus proprium non fuit nomen. Quale exstat apud Paulum in l. 2. ff. d. aleatorib. verum ab ipso Macedone præclaro adolescentum circumscriptore (quanquam à Ma- cedone adolescente Theophilus perperam urget) id dictum fuisse vereius est l. i. in princ. ff. b. t.

§. V.

§. V. Succedit dubia interpretatio verborum *incerta nomina*. Quis autem horum verborum sit sensus controvertitur; antequam eo deveniamus varia vocis *nominis* notatio praecedat oportet; hujus non semper eadem est significatio: nunc pro hominis: nunc pro rei appellatione accipitur; pro hominis appellatione hac voce utitur Imperator §. 29. *inst. de legat.* ubi nomina significandorum hominum gratia inventa tradit: Pro rei appellatione accipit id Ulpianus *l. 178. §. 1. ff. d. V. S.* in qua lege hereditatem nomen juris esse inquit: nunc denuo pro causa sumitur *l. 27. ff. d. edil. edit.* ut & *l. 4. ff. d. pignorib.* Apud JCtos ut & Ciceronem, aliosque probæ notæ authores; pro debito quin accipiatur nullus dubito, quæ quoque significatio hujus loci est. Eo insensu Ulpianus *l. 15. §. 8. ff. ad SC. Vellej.* ut & Afrikanus *l. 19. §. 4. eod.* atque ipse Imperator *tot. tit. inst. d. liter. oblig.* hoc vocabulum assumunt. Ciceroni hujus vocabuli assumptio infrequens non est *lib. off. 3.* nec non Senec. *lib. 1. d. benefic.* inquit, *nomina facturi inquirimus in vase debitorum.* Dicuntur autem debita hæc nomina; quoniam Romani suorum debitorum nomina Kalendariis suis inscribere solebant. Vid. *Cic. in Orat. pro Cuent.* ut & *Aeson. in 3. Verr.* De earum tabularum fide censores, quinto quoque anno ad jusjurandum adiebant, Dionys. Halicanariss. *lib. 4.* hinc fidem in judiciis faciebant.

§. VI. Additur, *incerta*; de hujus verbi intellectu injicitur scrupulus: sunt, qui incerta debita fuisse contendunt, quoram dubia ac incerta fuit fides propter impedientem inopiam aliumve fortuitum casum: alii per ea talia debita intelligi volunt, quorum causa ob turpititudinem facti Kalendariis non fuit inserta, nec expressa in quam mutuum datum esset, ut sic nihil amplius dici scirive possit, quam in rem pecunia esset data, ascripto solum debitoris nomine, quod, quanquam probabili non careat ratione; magis tamen eorum placet opinio, qui talia fuisse debita statuant, quæ sub conditione quadam incerta pendebant, quæque in mortem parentum erant concepta: videtur autem Macedo hoc modo cum filiis fam. contraxisse; ut si patri filiis fam. supervixissent mutuum acceptum una cum gravibus usuris restituerent, adjecta fortè hac conditione, ut parentes suos quam primum de medio tollerent, quo respicere videtur illud Juvenal.

Famus

8 DISPUTATIO JURIDICA:

*Famus promittere patris
Nec volo nec possum.
Sin contra filii parentes superviverent, obligationis hujus effectus
foret invalidus, quod admodum probabile reddunt ultima SCti verba
Exspectata morte patris: incerta jam dicebantur haec nomina, quo-
niam incertum id erat, utrum filius patri, utrum vero pater filio esset
supervicturus.*

C A P U T . I I .

§. I. PRæmissis itaque SCti causa, ejusque denominatione, ad personas, quæ credere, & quibus credi SCtum vetuit, progredior; primo: de personis, quæ credere prohibentur, dispiciamus; verba SCti sunt, *placere ne cui*: quæ verba ad omnes omnino referuntur creditores: sive ipse creditor §. 7. *Inst.* *Quod cum eo. q. in alien. potest.* sive ejus successor, omnibus hoc SCtum obstat. *I. 7. §. 6. ff. b. t.* ut & ei, qui, quod creditor mutuum dedit, ab eo stipulatus sit. *d. l. 7. §. 7.* non tamen recte id extenditur ad secundum creditorem, cui filius fam. delegatus est, secundum Pauli sententiam *l. 9. ff. d. novat.* subjuncta hac ratione, quod promissione secunda nihil contra SCtum fiat, cum secundus filios fam. non credat; sed quod alius credidit, à filios fam. sibi reddi stipulatur: huic non contradicit Ulpianus in *d. l. 7. §. 6.* ubi successoribus denegatur actio; distinctus enim hujus ab alia lege ponitur casus, cum *d. l. 7. §. 6.* agat de eo, qui eadem persona cum creditore habeatur, ejusque nomine experiatur, cum qua non est eadem persona secundus creditor, qui suo, non illius nomine agat: ab hoc tamen delegationis actu excipitur mulier, quippe quæ in secunda promissione contra SCtum Vellejanum intercedere videatur, quare contra secundum d. SCti exceptione se tueri potest, uti argumentatur JCtus in *d. l. 19.*

§. II. Privatus an civitas fit, qui credidit nihil inter est, asserente id Marciano *l. 15. ff. b. t.* licet civitas minorum plerumque gaudeat privilegio *l. 4. C. ex quib. caus. maj. l. 3. C. d. Jur. Reip. tamen*

tamen, nisi expressa lege id concedatur privatorum loco habetur, ut tradit Gajus l. 16. ff. d. V. S.

§. III. De minore, qui pecuniam credit, quid dicendum sit videamus; & Pomponius simpliciter scribit, restitu hunc desiderantem non audiendum l. 11. §. 6. ff. d. minor. rectius tamen Ulpianus distingendum putat, utrum minor sit filius fam. cui credit minor, utrumne major, priori casu; si minor sit filius fam. cui creditum est, & nummi deperditi aut alio modo consumti sunt, non restituetur minor qui credit d. l. 11. §. 6. quia in pari causa melior est causa consumensis, nec privilegatus adversus privilegium utitur suo privilegio; sed si nummi forte adhuc extent, aliove modo locupletior factus si sit minor, cui creditum est, nullo jure experiri prohibetur l. 34. ff. d. minorib. posteriori vero casu, major si sit filius fam. cui a minore creditum est, ei restitutio in integrum non erit deneganda l. 11. §. 7. ff. d. minorib. magis enim ætatis quam SCti ratio haberi debet d. l. 11. §. 7. filius familias quoque qui credit non recte nummos hoc modo datos accipientis facit, quamvis ei libera peculii administratio competit l. 3. §. 2. ff. b. t. additur hæc ratio, quod non ad hoc ut perdat, pater ei peculium concedat, d. l. 3. §. 2. in fin. Cui consequens est vindicari posse nummos, si adhuc extent, aut alias si consumpti sint condici; habet d. l. 3. §. 2. in fin. Quod ad pupillum attinet, in illo etiam alia ratione SCtum locum non habebit, quod hic sine tutoris autoritate alienandi facultatem non habet neque nummos accipientis facit d. l. 3. §. 2. §. 3. Inst. quib. alien. licet vcl non: non nihil dubii hac occasione moveri posset, quid ergo dicendum esset? si nummi, quos pupillus mutuos dedit casu fortuito perierint, an pupilli, an vero accipientis damno id cedat? ratio autem dubitandi facit illud, quod res pereat suo domino l. 6. l. 9. C. d. pig. act. quare Donell. id quoque pupilli periculo adscribendum putat. Quamquam autem regulariter & ordinario id quidem procedat, non nunquam tamen limitationem recipit, & exceptionem patitur tunc, quando quis ob favorem dominus remansit, aut jure singulari dominium non transferat, ne sic quod in alicujus favorem introductum est, in ejus odium retorquatur l. 6. C. d. legib.

10 DISPUTATIO JURIDICA

CAPUT III.

§. I. Ordinis ratio postulat, ut de personis, quibus si numeratio facta sit, agamus. *filiofamilias* SCti verba habent. Hinc excluduntur emancipati, aut aliter viro adhuc parente juris sui facti *l. 3. §. ult. ff. b. t.* nam eos tantum in periculum vocari senatus putavit, quorum in potestate sunt, neque parentes ab his magis, quam à quolibet alio extraneo sibi inctuendum habent. Quod si pendeat, an in potestate sit filius fam. Fortè quia patrem apud hostes habet, interim actio denegabitur *l. §. 1. ff. b. t.* ne contra SCtum fiat si fortè pater redeat *d. l. 1. §. 1.*

§. II. *Filiifamilias* appellatione etiam *filiamsfamilias* contineri notat Ulpianus in *l. 9. §. 2. ff. b. t.* verbum masculinum & sceminiuum comprehendere, quoties id de quo agitur, & que in fæminas quam in Viros cadit manifesti juris est *l. 1. d. V. S.* non autem minor in his quam in illis ratio haberri debet ubi eadem est ratio; eandem quoque juris debere esse dispositionem, ratio flagitat.

§. III. Nepotes, ac reliqui descendentes qui adhuc patriæ potestatis jure soluti non sunt, eodem jure utuntur *§. 7. Inst. q. cum eo q. in alien. pot. l. 14. ff. b. t. l. pen. C. eod. l. 20. & l. 22. d. V. S.* licet & patris accedat consensus, nihilominus SCti exceptione tuti erunt, cum enim ipse in ea causa sit ut invitato patre mutuum sumere non possit *d. l. 4. mirum non est, quod nec hujus consensus id efficere queat.* In materia tamen tutelari nepotes appellatione filii haud contineri certi juris est. *§. 5. Inst. q. testam. tut. dar. poss. diversitatis ratio sita videtur in eo, quod in materia tutelari videndum ne tutores nimio graventur onere, quæ ratio hoc casu plane cessat:* Imò vero quo magis hi creditores gravantur, eo magis intentioni SCti satisfactum arbitror.

§. IV. Nihil quoque interest, cuius conditionis vel qualitatis filiifam. fuerint, uti constat ex loco Ulpiani in *l. 1. §. 3. ff. b. t.* an consul vel cuiusvis dignitatis; profusiores cum sape tales sint, vel maxime SCtum in his ut obtineat ratio suadet. Quod quidem jure antiquo ita observatum fuit *d. l. 1. §. 3. ex constitutione imperat.*

Justi-

Justinian. Sola patriciatus dignitas patris jura solvebat. §. 4. Inst.
quib. mod. pat. pot. solv. l. ult. C. d. consulib. Quis enim inquit imperat.
Patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum suis ne-
xibus filium relaxare. Imperatoriam autem celsitudinem non valere
cum quem sibi patrem elegerit ab aliena eximere potestate? postea vero
Justinian. imperat, generaliter constituit, ut omnis dignitas, & omne
Cingulum à Curia liberare valens eximat quoque ex parentis Jure.
Nov. 81. C. 1. & seqq. Gloss. l. 1. §. ult. ff. b. t. sand. 3. decis. tit. 2.
defens. 3. Bus. ad. d. l. 1. absurdum enim esset, ei privato nomine,
cum periculo credi, cui Reip. negotia credita sunt. Hoc ipsum ta-
men à quibusdam vocatur in controversiam arbitrantibus liberari hos
quidem patriæ potestatis vinculo quoad damnum, non autem quoad
commoda & utilitates suas; ne privilegium sit in damno: sciant
non hoc esse privilegium filiorum fam. sed patrum, utilitatisque
publicæ.

CAPUT IV.

§. I. **M**ateria sive res, quæ hujus ptohibitionis nomine
venit, consistit in *mutua pecunia*; sicutem verba SCti
se habent.

§. II. Pecuniaæ appellatione non hic quælibet res, de qua con-
trahere licet, accipienda est, ut in tot. tit. ff. d. consti. pec. l. 5. l. 178.
l. 222. d. V. S. sed proprie sic dicta pecunia numerata l. 7. §. 3. ff.
b. t. is enim solus SCtum offendit, qui pecuniam dat mutuam l. 3.
§. 2. ff. b. t. Unde per SCti Verba, duo commode intelligas, pri-
mo: Omnes alias contractus recte filium fam. celebrare posse, puta
emptionem, locationem similesque contractus species ut patet ex d.
l. 3. §. 3. licet ex post facto in mutuum incidat, tamen quia numera-
tio ex mutuo non concurrit SCto locus non erit d. 3. §. 3. Origo
enim potius obligationis quam titulus actionis spectandus est l. 3. C.
eod. additur tamen hæc limitatio, si non aliqua fraudis suspicio ar-
guatur, & qui credere non potuit, magis ei vendidit, sique pre-
mium in mutui vicem haberet l. 7. §. 3. ff. b. t. secundo: solam ex-
cludi pecuniam numeratam, ut jam dictum, reliquæ vero res,

12 DISPUTATIO JURIDICA

puta: frumentum, vinum, oleum, quæque functionem in suo genere recipiunt sine ullo periculo creduntur l. 7. §. 3. ff. b. t. l. 3. ff. cod. quia pecunia datio magis perniciosa parentibus eorum visa est, ob promptam quam continet corruptelam, quæ non ita metuenda est in aliis rebus: dicitur enim pecunia Instrumentum ad omnem luxum, & nequitiam idoneum, ac vere instrumentum malorum, & saepe efficit, ut ante diem patrios inquirant in annos, nisi & hic dolus latitet & ut his distractis pecunia inde redacta uteretur l. 7. §. 3. ff. b. t.

§. III. Sequuntur verba SCti dedisset: quæ cum effectu sunt accipienda, ut excludatur promissio, quæ si filiosam fuerit facta, patrifam. solutio facta sit, SCti exceptione juvare se minime poterit secundum Ulpianum in l. 3. ff. b. t. non enim ad verba, sed ad numerationem SCtum respicit l. 4. ff. b. t. quæ cum tempore licito facta sit, nihil est quod huic creditori objici possit l. 5. ff. b. t. unde à contrario recte colligas, si cum paterfamilias pecuniam mutuam stipulatus sit, filiosamiliæ solutio facta exceptione SCti sese defendere non prohibetur, ex eo quod numeratio, quæ inspicienda venit, illicto tempore contigerit. l. 3. §. ult. & l. 6. ff. b. t.

C A P U T V.

§. I. **A**ccedo denique ad SCti effectum qui in his verbis consistit denegatur actio & petitio: hæc duo si jungantur, ut & hinc non pro symonymis habenda, sed actio personalis, petitio vero, realem denotat actionem. Teste Ulpiano in l. 178: d. V. S. & l. 25. 28. ff. d. obligat. & action. Ut sit sensus, summaque SCti huc redeat: nummos hoc modo contra SCtum datos, si forte adhuc extant vindicari non posse, nec, si consumpti sunt, condici; quod summo iure Senatus prospexit: hac enim ratione, dum creditores à pecunia datione abstrahuntur, ac metu afficiuntur; ne credant: præciditur filiosam. materia luxuriei, & occasio contrahendi alienum, quo cum opprimi cæperunt, non amplius verendum amplissimus ordo existimavit, ne ad præmaturum atque improbum successionis & mortis paternæ votum impellantur.

§. II. Cum

§. II. Cum dictum; denegari actionem petitionemque, adeoque videri posset hoc SCtum efficere, ut actio quæ ex hac obligatione oritur, ipso jure nulla sit, neque ulla indigere exceptione qua infirmaretur. Merito dubitare quis posset, quo sensu ergo SCtum hoc per modum exceptionis proponi dicatur? Cujus exceptionis mentio sit in l. 19. ff. b. t. & passim in l. b. t. Quidam, ut huic objectioni satisfaciant, respondent, actionem petitionemque denegari hoc sensu dici, quatenus certo certius hæc actio per exceptionem, qua se tueri filiusfam. potest elidetur, ne sic per ambages & plura id fiat quod per pauciora fieri potest, vel alias, si distinctione magis placet; distinguendum cum Pac. in Isag. ad b. t. an manifeste contra SCti mentem pecunia mutuo sit data, quo casu denegatur actio: An vero de eo ambigatur quo casu exceptione infirmabitur: Exemplo jurisjurandi, ex quo nunc actio nunc exceptio datur; exceptio datur tunc, quando dubium est an juratum sit, si vero de juramento præstito constituerit, denegatur actio, ut hoc tradit Ulpianus in l. 9. ff. d. *jurejur.*

§. III. Videamus quoque an hæc exceptio soli prosit filiosfam. & omnibus, qui in patris potestare sunt non solum prodesse, (licet postea sui juris facti sint, ideo magis bonum nomen fieri l. 1. in fin. ff. b. t.) sed ipsi quoque patri habet Ulpianus in l. 7. §. 10. l. 9. §. 3. ff. b. t. quem nec actio de peculio tenet. l. pen. C. b. t. Quæri hic potest, an & casu quo filius adhuc in sacris paternis constitutus ex adventitio minus pleno seu regulari, cuius usumfructum pater habet, mutuum solverit, patri actio adversus accipientem competit? Affirmat id quidem Julianus in l. 9. §. 1. ff. b. t. sed tamen contrarium videtur amplecti marcellus in l. 14. ff. d. reb. cred. agnoscit inter hos pugnam Cujacius. 14. obs. 35. vel si pugnam evitare velimus, ad quam facile, ubi exitus verisimilis dari potest, non est recurrentum: distinguendum an bona fide nummi sint consumpti, an mala fide, si bona fide consumpti sunt, repetitio cessabit, secus si mala fide. Et licet dictæ l. indistincte loquantur, nulla vel bonæ, vel malæ fidei facta mentione: adjuvatur tamen ista conciliatio per §. 2. Inst. quib. alio. licet vel non & l. 11. §. fin. ff. d. reb. cred.

§. IV. Hereditibus quoque hæc exceptio proderit l. 7. §. 10. ff. b. t. ex eo quod in rem magis, quam in personam concepta sit l. 7. §. 1.

14 DISPUTATIO JURIDICA

ff. d. except. hinc fidejussoribus & mandatoribus quoque succurruntur *l. 9. §. 3. ff. b. t.* hi autem, cum regressum adversus filium haberent, ad pristinum incommodum recidere efficerent, unde si donandi animo intercedant, cum regressum non habeant, SCtum locum non habebit. *d. l. 9. §. 3.*

§. V. Notandum, quod prædicta hæc exceptio speciali ratione contra quam in aliis observatur post ipsam sententia pronunciacionem exemplo mulieris intercedentis recte opponi possit; secundum Ulpianum in *l. 11. ff. b. t.* atque ita exceptio statuitur à *l. 8. C. d. except.* ratio autem quare hic aliud, quam in aliis observatur, videtur hæc esse, quod non tam sententiam quam quidem executionem impedit, ne sic quod una via prohibetur, id altera concessum videatur.

§. VI. Cum effectum hujus SCti supra in denegatione actionis petitionisque consistere vidimus; non tamen id accipiendum ita, quasi ipsa tolleretur naturalis obligatio, contrarium potius inculcat Paulus in *l. 19. ff. b. t.* quare satis luculentos quoque in jure producit effectus; Recipit euim novationem *l. 13. ff. b. r. l. 2. C. eod. l. 1. §. 1. ff. d. novat.* impedit conditionem indebiti *l. 7. §. fin. ff. b. t. l. 9. §. fin. eod. l. 10. ff. d. ob. & aet. l. 26. §. 3. ff. d. condic. indeb.* præterea potest & huic obligationi fidejussor accedere *l. 9. §. 3. ff. b. t. l. 1. l. 1. §. 6. ff. d. fidejuss.* Compensationi quoque locum facit *l. 6. ff. d. compens.* ultimo denique loco efficit quoque, ut in constitutum deduci possit *l. 1. §. 7. ff. d. const. pec.* ac ut SCtum hoc per modum exceptionis infirmetur, quæ nulla esse potest, ubi nulla subest obligatio.

§. VII. Supposita autem naturali obligatione; iniquitatis ar-
gui SCtum posset. Propterea quod mutuum datum reddi ipsa naturæ ratio dictat, nec aliquem cum alterius jactura locupletari ea-
dem ferat *l. 14. ff. d. condic. indeb. l. 206. d. R. f.* Ne quid absurdii
hinc resultare videatur; sciendum est: multa quæ in thesi quidem
justa sunt, in hypothesi tamen iniqua comparere: Ut in exemplo
hoc nostro subjecto: mutuum esse reddendum; manifestæ quidem
æquitatis est. Redendum vero esse improbo sceneratori manifestæ
contra turpitudinis: sibi itaque suæque facilitati imputet; cui le-
gem publicam offendere nulla religio fuit, neque ullum potest vi-
deri

deri damnum sentire qui id sua culpa sentit. l. 203. d. R. f.

CAPUT VI.

§. I. Denique restat, ut paucis expediamus casus, quibus SCti sententia effectu suo destituitur; quod variis casibus contingit, qui commodè ad tres classes referri possunt, primo: vel ex persona filii, secundo: vel ex persona patris, tertio, vel causæ intuitu.

§. II. Quod personam filii attinet. Cessare placet, primo; si filius fam. habeat peculium castrense, vel quasi castrense l. 1. in fin. & l. 2. ff. b. t., quod tamen non ultra quantitatem ejus accipiendum, nam hactenus tantum pro patrefam. habendus est d. l. 2. ut & ratione ejus, qui militiæ operam navat, licet nihil, cuius nomine conveniri possit, habeat, l. fin. §. fin. C. b. t. ex hac ratione quod non in aliam causam, quam in castrensem mutuum accipere præsumatur. d. l. fin. quod ad adventitium plenum extendi potest, cuius liber dominus existit. l. 6. c. d. bon. q. lib.

§. III. Secundo: si publico errore pro patrefamilias habeatur l. 3. pr. ff. b. t. non vana simplicitate deceptus, nec juris ignorantias sed quia sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur d. l. 3. l. 2. C. b. t. unde queri posset, quid dicendum fore? Si duo rei credendi, quorum unus sciat, alter vero justo errore deceptus, eum filiumfamilias putaverit, in utroque ex severitate locum habere, placuit secundum Ulpiani responsum in l. 7. §. 7. ff. b. t. non tamen unius scientia alteri nocebit; sed ratio in obligationis conjunctione posita videtur l. 2. ff. §. 1. inst. d. duobus reis. Quod si contra fuerint duo filii familias debendi, quorum unum filium fam. creditor sciverit, alterum ignoraverit; distinguit Ictus in d. l. 7. §. 8. utrum nummi ad eum pervenerint, quem filiumfamilias sciverit; utrum ad eum quem filiumfamilias ignoraverit; priori casu, si ad eum pecunia pervenerit quem filiumfamilias sciverit, exceptione SCti Maced. submovebitur: posteriori vero contra d. §. 8. tertio: si per mendacium se patremfam. dixerit l. 1. C. b. t. non enim decipientibus, sed deceptis SCtum auxilio est, eosque tantum SCtum coer-

cere

cere vult, qui doloso animo in contrahendo versantur, nullus autem dolus ignorantis argui potest: Creditori tamen ejus ignorantiae probatio, utpote qui intentionis suae fundamentum in hujus allegatione ponit recte incumbere d. l. verba finalia evincunt. Quod nisi dicamus, ignorantiam hanc allegare, & hac via SCtum eludere haud difficile creditori foret, quarto: ex persona filii cessat si fidejussiterit, l. 7. in pr. ff. b. t. nisi, tamen colore quæsito, fraus SCto sit facta d. l. 7. quinto: si publica vestigalia conducta habet l. 3. §. 1. ff. b. t. sexto: si paterfam. factus partem debiti, solverit; quod, cum aliquantulum dubii involvit, huic quæstioni parum insistemus; & primo videamus, quibus modis debitum agnosciri posse dicatur. Tribus modis id fieri potest, vel solvendo vel accessiones adjiciendo, puta fidejussoris, vel pignoris accessione, l. 9. pr. ff. b. t. vel tertio si in eam rem se obligaverit, puta: cum novationis causa, eandem pecuniam stipulanti promittat vel etiam sine stipulatione pacto se soluturum constituat l. 2. C. b. t. arg. l. 1. pr. ff. d. const. pec. prætori naturalis æquitatis custodi naturalis tantum obligatio sufficit l. 1. §. 7. ff. ead. Quod ad propositam quæstionem attinet. An filius fam. partem solvendo, totius debiti solutioni adstringatur? Affirmativa sententia cum Accurs. Costal. Duar. Donell. Gilken. Vinn. Voët. in suo compendio ad ff. tanquam veteriori subscribendum puto. l. 7. §. ult. ff. b. t. ex eo, quod partem solvendo totum agnoscere videatur. Contraria tamen magis placet Bacchov. ad Treutl. Boekelman ad b. t. argumenta quibus in contrarium moventur, nuntiuntur l. 9. pr. ff. b. t. minus tamen firma, quam ut quicquam solidi, in contrarium concludere queant, facile enim quis viderit. Ulpianum in d. l. 9. loqui de pignoris datione, cuius ratione diversum quid obtainere pignoris natura haud dubie evincent, quippe quod non constituitur, ut creditori hoc in solutum detur, verum ut tanto magis ei caveatur de credito, quod & ipsum efficit debitum agnatum non ultra quantitatem pignoris: præterquam quod particula (sed si) dicti legi inserta, manifestam discriminis rationem inferat, huc facere potest & illa ratio, quod solutio plerumque magis spontanea, pignoris datio magis coacta sit, atque ita restringenda potius quam amplianda sit, nec quoque fortius stringit argumentum, quod ex l. verbis (Cessabit) vulgo elicetur;

quasi

quasi id pro parte soluta, non pro solvenda accipiendum foret. Quod tamen minime offendit. Cum SCtum obligationem semper supponat; nulla autem in parte soluta restat amplius obligatio, ergo nec cessatio hactenus recte dici potest: nec quoque potest quid diei cessare, quod pro parte sibi adhuc locum vindicat.

§. IV. Alter modus, quo sc. ex persona patris SCtum cessat, varios quoque continet casus, si filius fam. patris voluntate numeros acceperit mutuos, l. 2. 4. & ult. C. b. t. sive illa voluntas expresso mandato præcesserit d. l. ult. sive ratihabitione ea subsecuta sit nihil interest, ratihabitio enim mandato comparatur d. l. ult. illud quoque non refert, quomodo pater ratum habuerit, an facto aliquo, cuius exemplum exstat in l. 7. § pen. ff. b. t. qui est secundus casus quo SCtum cessat, nempe si pater filium fam. institorem fecerit, ex hac ratione, quod pater ipse contrahere videatur, qui proinde actione institoria recte conveniendus erit, quod ita tamen verum est, si filius non conveniatur qui conventus si sit, exceptione fere tueri nulla ratione prohibetur, d. l. 7. §. pen. an silentio l. 16. ff. b. t.

§. V. Ultimo loco, contemplatione causæ effectu suo caret; primo: si pecunia mutuo data in rem patris versa sit l. 7. §. 12. ff. b. t. additur hæc ratio, quod non sibi, sed patri pecuniam acceperit: secundo: si pecunia mutuo data sit eura in finem, ut ei solvat, cui ex valido contractu solvere obstrictus erat l. 7. §. 14. ff. eod. tertio: si pecunia studiorum, aut legationis causa data sit mutuo. d. l. 7. §. 13. ff. eod. hoc tamen addito temperamento, modo creditor in credendo probabilem modum, quem patris pietas non recusaret, non excederit. d. l. 7. §. 13. ff. eod. quarto: si pecunia sit data ad dantam sororem l. 17. ff. b. t. quod cum patris oneri incumbit, nulla filii causa videri poterit, quare & recte creditor adversus patrem actione de in rem verso experietur. d. l. 17.

Coronidis loco, sit hæc questio. An filius fam. huic SCtto rectè renunciare possit: quod quidem absolute negandum est: Ex eo quod ratio l. pen. C. d. pact. hujus loci non sit; quoniam hoc SCtum non in favorem filiorum introductum, sed in utilitatem publicam, favorem parentum & fæneratorum odium l. 1. ff. b. t. satis autem liquet privatorum pacta nihil juri publico derogare posse l. 7. §. 14. & l. 38.

l. 38. ff. de pact. Ab hac tamen sententia, utut speciosis fundamen-
tis nitatur, recessit *Zaf. lib. 7. sing. respons. c. 28.* motus autem fuit
argumentis desumti ex *l. 38. ff. a. ob. & ait. l. 57. ff. d. iudic. nim.*
quod filius fam. ex omnibus causis obligatur tanquam paterfamilias,
quod si ex omnibus contractibus obligatur: ex universalitatis nota
concludendum fore, eum quoque ex mutuo teneri, atque ita SCto
valide eum renunciare quoque posse. Respond. hanc objectionem
pro regula quidem esse tenendam, in contractu tamen mutui hanc
exceptionem pati *tot. b. t.* nec quoque stringit alterum argumentum
in contrarium adductum scil. quod haec exceptio SCti Maced. sit
odiosa *l. 40. ff. d. condit. indebit.* Odia vero potius restungi, quam
ampliari oporteat. Respond. Odia quidem esse restringenda, quæ
aliquam iniquitatem continent: at tale odium non continet SCtum
Maced. deinde potest adhuc addi, quod ista regula vim suam perdat
quoties cum privato odio favor publicus concurrit: tertium quo-
que, quod huic sententiæ obstare videatur, adseritur ex *l. 1. ff. ad*
SCtum Vellej. ubi mulier SCto Vellejan. valide renunciat. Resp.
quod diversa utriusque sit ratio; SCtum Vellejan. favorem mulierum
respicit; cui quisque renunciare potest *l. pen. C. d. paet.* SCtum Ma-
ced. ut jam dictum utilitatem publicam favorem parentum, & odium
fænerorum *l. 1. ff. b. t.* Et hoc ita si renunciatio haec simpliciter
facta sit; quod si jurejurando confirmata sit haec renunciatio nihilo-
minus pro non adjecta erit habenda, quod jusjurandum actum per
se infirmum firmum reddere nequeat, sequitur enim naturam istius
actus, cui adjicitur *l. fin. C. d. non num. pe. un. l. 5. C. d. II.* An idem
de jure Canon. statuendum sit, non intrepide affirmare ausim; ex
eo, quod omne jusjurandum quod non vergit in detrimentum sa-
lutis æternæ religiosè servari vult *C. si vero C. cum contingat Ext. d.*
jurejurand. tametsi haec juris Canon. regula verissima sit alibi tamen
hac in parte juri civili minime contrariatur; cum tale jusjurandum,
quod cum tertii alicujus præjudicio suscepsum sit, prorsus im-
probetur.



COROLLARIA.

I.

Depositarius ob impensas necessarias depositum retinere potest.

II.

Periculum rei vendita nondum tradita pertinet ad emptorem.

III.

Mandatarius prestat culpam levissimam.

IV.

Tutor ob latam culpam remotus fit infamis.

V. Qui

V.

*Qui credit ad refectionem navis jus tacita
hypotheca non habet.*

V I.

Dolus dans causam contractui bona fidei redit eum ipso jure nullum.

F I N I S.

